



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput Primum. a Felix Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)



D.D. E M A N U E L I S
G O N Z A L E Z
T E L L E Z,
C O M M E N T A R I A
I N L I B R V M Q V I N T V M
D E C R E T A L I U M
G R E G O R I I IX.

T I T U L U S P R I M U S.

De accusationibus , inquisitionibus , & denuncia-
tionibus.

C A P U T P R I M U M.

* Felix Papa,

QUOTIES Episcopus super certis accusatur criminibus , si tales fuerint accu-
satores , qui justè , & Canonice recipi debeant , legitimè in b Synodo suo in tem-
pore congregatâ , ab omnibus canonice audiatur , qui sunt in Provinciis Epis-
copis . Quod si legitimi non fuerint accusatores , non fatigetur Episcopus ,
quia Sacerdotes ad sacrificandum vacare debent , non ad litigandum . Nec
illi , qui throni Dei vocantur , pravorum hominum insidiis turbari debent , sed libere
Christo Domino famulari .

N O T A E.

FE L I X) Ita etiam legitur in prima collectio-
ne , sub hoc istius cap . 1. & ex ipsa epistola Fe-
licis II ad Episcopos in Alexandrina Synodo con-
gregatos , citatur textus hic à Carnotensi p . 5. De-
creti , cap 279. Buchardo lib . 1. Decreti , cap . 169.
D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

& verba in præsenti textrum relata , extant in eadem
Epistola 1. Felicis Papæ II. cap. 17. tom. 1. Conci-
llior. Binii , & apud Luitprandum in ejus vita : ex
qua restituo litteram hujus textus , ut etiam fecit
Anton. August. in notis ad hunc textum . Sed licet
tot in collectionibus tribuatur textrum hic Felici II.
non tamen immerito de ejus fide dubitavit Baro-
nus

A

nus

In Librum V. Decretalium.

nius anno 357. num. 153. siquidem temporibus Felicis II. Athanasio in Eremo latitante nullus planè locus, vel ullum tempus opportunum congregandi. Synodus poruit esse; undè quomodo poterat Felix ad Episcopos in "Synodo congregatos scribere? Sed ut ad Felicem II. revertamur, sciendum est, Liberio Summo Pontifice in exilium missò à Constantino Imperatore, quia Arrianis subserbire, nec communicare volebat, Romanum Clerum jurejurando promisisse, nullum se alium Pontificem admisurum superfite Liborio: sed postea operā Arrianorum, ac præcipue Acacii Cæsaricensis Episcopi Felix Diaconus Romanus Pontifex creatus fuit. Rufinus lib. 10. hist. cap. 22. Theodoretus lib. 2. hist. cap. 17 Sozomenus lib. 4. hist. cap. 10. Hieronymus catal. in Aca-
cio: qui licet Arrianus non esset, liberè tam cum Arrianis communicabat, ideoque eo tempore nullus Catholicorum cum eo communicabat: sed post biennium cum Liberius per vim & minas Concilio Smirnensi subscriptus, cum Arrianis que communicasset, atque Athanasium condemnasset, Romanus Clerus abrogatā Liberio, Pontificiā dignitate, ad Felicem se contulit, quem Catholicum esse sciebat, & ex eo tempore cœpit Felix ut legitimus Pontifex Ecclesiam regere, cum Liberius tanquam hæreticus dejectus esset: sed Felix jam verus Papa agnosces Ecclesia, & fidei periculum, non solum recessit ab Arrianorum communione, verū etiam coacto Concilio declaravit, Imperatorem Constantium, & Episco-
pos Urfacium, & Valentem, cum quibus Liberius pacem fecerat, verè hæreticos esse, & proprie hanc damnationem Constantii, Coræ in Latio obrunctione capitis martyrio coronatus est, ut habeatur in Martyrolo. Romano, die 29. Iulii. Sed cum ejus ingressus iniquus creditus esset, & de ipsius obitu pugnantia scriptorum testimonia reperientur, temporibus Gregorii XIII. cum de emendatione Martyrologij Romani ageretur, non levis discep-
tatio fuit, an ex eo expungendus esset Felix, nec ne? Et tunc accidit planè ultimi divino miraculo, ut cum in Diaconia Sanctorum Martyrum Cosmae & Damiani in foro ad templum Pacis posita, quidam homines malè consulti, sed non sine divina providentia, clām altare unum à dextris positum suffoderent, ut thesaurum quererent, quem audierant ibi esse reconditum, in marmoream arcam incidentur, in cuius altero latere lapideæ tabulæ intersticio ab altero distincto reposita inventa fuerunt Reliquiae Sanctorum Martyrum Marci, atque Marcellini, & Tranquilliani: in altero vero arce latere Corpus Sancti Felicis, de quo agimus, unā cum lapideo laterculo intus posito his litteris exarato: *Corpus Sancti Felicis Pape, & Martyris, qui damnavit Constantium.* Refert Baronius dicto anno 357. qui huic præclaro Pontifici rescriptisse Constantium Imperat. in l. 14. Cod Theodos. de Epis. & Cleric. refert, in cuius Epigrapha legitur, *Constantius Imperator Augustus. & Julianus Caesar Felici Episcopo, quo tempore adhuc Liberium restitutum non fuisse doctè probat Gothofredus, & Sanctum hunc ab iustis calumniis defendunt Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifi-
ce, c. 9. Theophilus Raynaud. de calumnia c. 25. fol. 445. Severinus Binius in notis ad eius vitam, Frat. Anton. Perez in Pentat. fidei, de R. P. cap. 3.*

b Synodo.) Provinciali videlicet, iuxta trādita in cap. 1. de judiciis.

c Legitimi.) Legitimum in jure generaliter dicatur, quidquid est justum, & legi consonum, quæ secundum legem, aut per legem receptum. l. legitima ff. de pastis, cap. legitima, de appellat. lib. 6. l. lego obvenire, ff. de V. S. ubi Gedeus, Gentilis, & Forner. Unde accusatores legitimi in praesenti dicuntur omnes illi, qui justè, & secundum leges ad accusandum idonei proponuntur; ut satis deducitur ex illis verbis hujus textus, ibi: *Si tales fuerint accusatores, qui justè & canonice recipi debent.*

COMMENTARIUM.

EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio. *Ad petitionem illegitimi accusatoris reus in iudicio fatigandus non est.* Probat eam textus in cap. cūm P. c. repellantur, cap. meminimus 13. cap. cūm oportet 19. cap. cūm dilectus 20. c. accedens, hoc titul. cap. nihil 2. qu. 1. cap. in primis, §. prob. sed 3. quest. 9. cap. dignum 6. quest. 6. cap. si qui sunt 17. cūm sequent. 2. quest. 3. cap. qui sub 3. cap. postulasti 6. 3. q. 6 cap. probibentur 1. quest. 1. cap. constitutus 3. quest. 5. cap. qui crimen 2. q. 2. cap. Canonice, cap. similiter, cūm sequent. 3. q. 5. c. cūm ita, de sponsal. cum aliis congettis ab Anton. August. in epit. lib. 30. titul. 4. in quibus docetur, illegitimum accusatorem admittendum in iudicio non esse, l. qui accusare, ff. de accusat. l. criminis, l. ignorat, Codie, qui accusare, ff. de accusat. l. part. 7. Illustrant ultra congettis à Barb. lib. Petrus Gregor. lib. 5. partit. tit. 9. cap. 3. & lib. 2. syntagma c. 12. Sotus lib. 5. de iustitia. quest. 4. art. 3. Vighel. in method. juris Pont. fol. 33. Simancas de Catholicis lib. 1. cap. 9. num. 49. Fragoso de regim. Christ. Reip. part. 1. lib. 5. disput. 12. §. 2. Decianus lib. tertio, tract. de crimin. cap. 3. Anton. Matthæus de crimin. ad titul. de accusat. cap. 3. plures congettis à Carlevallio de iudicis tom. 2. disput. 4. num. 26. Fornerius lib. 1. rer. quoad. cap. 24. & 25.

Sed in hanc assertionem pro dubitandi ratione traditam insurgo: Reus licet ab illegitimo accusatore imputitus, omnino iudicio comparere cogitur, sicut datur ad proponendum, & allegandum privilegium suum; immo eti si non compareat, tanquam contumax puniri valet, cap. veniens 1. hoc titul. l. si eximendi, §. final. ff. ne quis cum qui in ius vocatus, l. sive, ff. iudicatum solvi, l. ex quaenamque 2. ff. si quis in ius vocatus, l. si quis ex aliena 5. dejudicatus: & interim dum exceptio accusatoris discutitur, debet etiam queri de vita accusati, cap. querendum 2. quest. 7. Igitur propter illegitimum accusatorem fatigatur accusatus. Accedit, nam eti illegitimus sit accusator, tamen reo accusato indocenda est purgatio Canonica, ut docetur in cap. veniens, cap. cūm P. hoc titul. cap. cūm P. de purgatione. Igitur quia fatigatur accusatus, etiam cum illegitimus sit accusator. Augetur etiam, nam plurime quis punit sine accusatore à Magistratu qui reos inquirit, l. 1. §. quies, ff. de offic. Prefect. urb. l. 4. ff. ad leg. lsl. pecul. l. congruit, ff. de offic. Prefect. l. 1. C. de custodi. reorum. Igitur facilius sine accusatore legitimo.

Quæ dubitandi ratione non obstante vera est accusa-
præsens de iis, pro cuius expositione sciendum tio quid?
est, accusare dici quasi causari à causa, cap. forus,
§. accusator, de V. S. post Hoffiens. notav. Anton.
Matthæus ad tit. de accusat. cap. 1. & licet accusare
variè accipiatur, ut notavi in capite 1. qui ma-
trimonia

Titul. I. De accusationibus.

3

rimonia accusare: tamen in hoc titulo Digestorum, & Codicis de accusat. accipitur pro delatione, quā quis apud Judicem reus criminis postulatur. Dicitur criminatio in l. 5. Cod. Theodos. hoc titul. actio criminis in l. 3. eod. Cod. & titul. criminis causa in l. 1. eod. Cod. & titul. contestatio in l. 8. Cod. Theodos. de fam. libell. quemadmodum defensio accusationi contraria importat criminis objecti dissolutionem, ut ex Aristotele Rhetorico-rum cap. 4. nota Decian. lib. 3. tract. crimin. cap. 1. num. 2. iuxta quam acceptionem accusatio varie diffiniatur, ut post Azonem ad tit. Cod. de accusat. Hostiensem ad hunc tit. Greg. Lopez in l. 1. tit. 1. part. 7. Jul. Claram c. final. §. 12 n. 1. Duarenus lib. 1. disput. cap. 38. & ad titul. ff. de accusat. tradit. Cuia ad eundem titul. Decianus ubi suprā, numer. 2. & communiter ita diffiniatur, ut sit Delatio criminis in judicium ad publicam vindictam, cum legitima subscriptione. Ita Jul. Clarus, Decianus, & Anton. Matthæus ubi suprā. Sed hæc definitio difficultis redditur ex sequentibus principiis; nam in hac diffinitione videtur definiri accusatio illa, seu factum, dum quis accusatur; non verò prout prout est quid juris, in quo sensu definiri debuit prout definitur actio à Justiniano in princip. Inst. de act. ut sit, *Ius persequendi in judicio*, &c. ut docuerunt Marianus, & Boerius in praesentia rubric. num. 21. & 26. Decianus dict. cap. 1. num. 2. & 4. Deinde quia ex proprietate verbis quæ attendebet, l. non aliter, ff. de legat. 3. crimen simpliciter prolatum verificatur tantum in peccatis quibusdam gravissimis, non verò in levibus, cap. 1. & distin. Glossa in cap. peccatum, de pœnit. distin. 1. ubi post D. Thomani docet Nauarrius, & Beroius in praesenti, num. 24. Decianus suprā, cap. 2. num. 2. & cap. 7. in princip. Et tamen constat, accusationem in levibus delictis etiam admitti, l. levia 6 ff. hoc titul. Tertiò, quia per accusationem non crimina, sed magis criminosi, & rei criminum deferuntur, & delatio criminis per se non videtur importare accusationem, ut patet in testibus Synodalibus, qui dum crimina, & non criminum reos deferunt, non accusant, nec accusationem institueri dicuntur. Quartò quia multoties in iure crimen accipitur pro ipsa accusatione, l. scit 7. l. ultim. §. 1. ff. hoc titul. l. nullum 110. ff. de R. l. 1. Cod. de his qui ad Eccles. confug. docent Glossa in l. 2. Cod. de general. abolit. & ex Cicero tradit Decian. suprā, cap. 9. num. 6. & lib. 3. cap. 2. num. 16. Igitur accusatio non debet definiri per delationem criminis, siquidem definitur idem per idem. Tandem, quod licet in scripto, seu subscriptio ad pœnam talionis regulariter exigatur, ut dicimus infra in cap. super his; non tamen requiritur ad substantiam, seu essentiam accusacionis, quod in definitione exprimitur; quia accusatio ex se, & ex sua natura, vel essentia, non inducit, seu includit subscriptionem hujusmodi, licet ea spectet ad accidentalia, & solemnitates in accusatione necessarias; & dantur plures casus, in quibus subscriptio non est necessaria. Glossa 2. in dict. cap. super his: in quibus nemo negavit dari veram accusationem, ut contingit hodie, cum generali consuetudine talis subscriptio non adhibetur,

Aliter accusationem definitiunt Marianus Socius, & Beroius in praesenti rubric. & Duarenus suprā, videlicet, ut sit ius deferendi, vel ulciscendi, seu persequendi in judicio delictum: sed ex eorum & aliorum mente dicendum est, accusationem

aliquandò considerari, & accipi prout denotat factum, & actionem illam quā reus criminis adjudicium defertur, & in causam criminaliter trahitur; juxtaque hunc sensum potest procedere communis definitio, paucis mutatis, ita quod accusatio sit *Delatio rei criminis in judicium, ad publicam vindictam solemniter facta*. Et verbum *delatio*, ponatur loco generis, cetera verò constituant differentiam inter hanc, & alias delationes, quae accusationem non continent. Aliquandò verò consideratur, & accipitur accusatio non pro facto, sed quatenus continet quid juris; & tunc ad similitudinem actionis civilis definiti potest, quod sit ius deferendi reum criminis solemniter in judicio ad publicam vindictam. Ponitur ius loco generis, cetera verò loco differentiae. Dixi, *reum criminis*, ad vitandam unam, & alteram difficultatem, quam superiori numero adduxi. Dixi, *in judicio*, tunc ad explicandam naturam accusationis, per quam reus in judicium, & causam trahitur: tunc etiam ad excludendam delationem, seu ius, quod non in judicium, vel ad causam, sed ad supplicium pro sententia executione deducitur, l. non tamen 6. ibi: *Ad supplicium ducitur ff. de appellat. l. additios 7. Cod. de Epis. audienc.* Dixi etiam, *ad publicam vindictam*: quia propriè loquendo in hac tantum consistit, & ad hanc solam pertinet accusatio, de qua agitur in hoc titulo; non verò ad satisfactionem laesonis, vel utilitatem privatam, seu pœnam parti applicandam, quæ magis per actionem, quam per accusationem peritur, *princip. Inst. de public. judic.* Quare accusatio dicitur actio, l. cum ex uno, ff. de O & A. 5. & 14. C. Theod. eod. tit. l. si maritus, ff. ad leg. Jul. de adul. Tandem adjeci solemniter, tunc ad explicandam solemnitatem prescriptam in l. libellorum, ff. de accus. tunc etiam ad constitutandam differentiam inter accusationem & denunciationem, & inquisitionem; in quibus nulla desideratur solemnitas, cap. super iis, hoc titul. l. ca quidem, Cod. eod. Nec tunc obstant iuri principia contra communem definitionem suprā expensa. Non primum, nam respondet, in communi definitione considerari accusationem, prout significat actionem ipsam, per quam reus defertur in judicium; & propterea non definitur accusatio per ius, sicut in similis usucapio, vel prescriptio non definitur, quod sit ius, sed potius additio dominii, &c. l. 3. ff. de usu cap. Quod verò Beroius ubi suprā objicit, per verbum *delatio*, significari accusationem, sicut & verbum deferre, accipitur pro *accusare*, & delator pro *accusatore*. l. ita tamen 10. in fin. l. mulierem 13. ff. eod. & ita videtur definiri accusatio ut idem per idem, facile refellitur, si supponamus, non esse inconveniens, quod accusatio in specie, prout accipitur in hoc titulo, definitur per delationem, sive accusationem, tanquam per genus comprehendens hanc, & alias accusations: quemadmodum rescriptum in specie, de quo in titul. de rescriptis, & adoptio in specie, & sententia in specie definiti potest, quod sit rescriptum, &c. adoptio, &c. sententia &c. accipiendo rescriptum, adoptionem & sententiam pro genere proximo, adjectis deinde aliis verbis differentiam constituentibus. Etiam dici potest verbum *delatio*, in communi definitione non accipi pro accusatione, sed pro adductione, seu deductione in judicium, quæ est propria acceptio verbi *defero*, quod per translationem significat accusare: & huic acceptio magis consonat etymologia D. Ilidori adducta in d. c. forus, veri. *Accusator*, dum docet,

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

A 2

accusa-

accusatorem dici, quia ad causam vocat, id est trahit, seu desert. Accedit lex qui de criminis 9. C. hoc titul. ibi: In accusationem deducens est, l. penult. C. qui accusare, ibi: Delator atque accusator & l. indicasse 197. ff. de V. S. ubi Jurisconsultus constituit discrimen inter delusione & accusasse, ut sub verbo indicasse, primum gradum constituit, qui delutus, secundum, qui arguit; tertium, qui accusavit; ultimum, qui convicit, ut explicat Decianus d. lib. 3. c. 2. num. 4. Nec etiam obstat difficultas expensa ex verbo criminis, juncto d.c. n. 81. distinct. nam differentia inter crimen, & peccatum, non procedit a tenuitate communis usu loquendi, ut ex pluribus iuribus probant Nauarrus, & Beroius ubi supra, juxta quem loquendi usum, qui verborum proprietati præferunt, c. ex literis 7. ibi: Ad communem verborum intelligentiam, de sponsalibus, & l. liborum, §. quod autem, versnam & ff. deleg. 3. intelligi potest partcula criminis, in dicta definitione, etiam quia in d.l. levia, dicuntur crimina levia per comparationem ad alia graviora, seu gravia, veruntamen adhuc illa levia, eo ipso, quod crimina sunt, secundum sermonis proprietatem sunt in se gravia peccata. Nec tandem ultima difficultas obstat, quia respondetur fatendo inscriptionem, vel subscriptionem non esse de essentia, aut substantia accusationis, & in aliquibus casibus non requiri; & propterea in dicta definitione, quam probamus, non fit mentio inscriptionis, aut subscriptionis, & loco illius apponitur partcula solenniter, qua refertur ad omnia solemnia in accusationibus necessaria, quæ licet non pertineant ad essentiam accusationis, pertinent tamen ad e. us formam, & ordinem, ad constituendam differentiam, per quam accusatio ab inquisitione, & denunciatione distinguatur.

7.
De Personis,
qua ac-
cusare
possunt.

De hac igitur accusatione hoc modo accepta, & definita agitur in praesenti titulo; sed cum in qualibet materia prius de personis agendum sit, id est in hoc textu, & sequentibus, de accusatoribus, & quinam legitimis sint, tractatur: circa quos sciendum est, onines regulariter legitimis credi accusatores, nisi specialiter accusare prohibeatur legibus. Hinc marcus epist. 7. c. 4. Si quis autem fecire desiderat, quales accusatores ac testes ad accusationem Sacerdotum recipi debeant, & quid de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus & legibus, quibus unacum sacris Canonibus sancta moderatur Ecclesia, poterit reperire. Et Hadrianus Papa in c. placuit 2. q. 7. ait: Placuit eorum accusandi sacerdotes, & testificandi in eos vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus: quia vocem funestam interdicti potius, quam audiiri oportet. Vocem funestam criminis orum dixit Hadrianus, ut etiam Melchiades Papa, & Pelagius II. transcripta Gratiano in c. 2. 3. q. 5. c. 54. 2. q. 7. explicat & illustrat Ant. Augustin. in notis ad can. 29. Hadriani Papa. Quare si cognoverimus, quae istæ personæ sunt, simul agnoscemus cæteras personas, quibus accusandi facultas competit, ut ajebat Marcellus in l. qui accusare 8. ff. hoc titul. Faciunt textus in l. qui accusare, C. hoc titul. c. prohibetur 2. q. 1. c. de criminis 15. q. 3. d. l. 8. d. l. qui accusare, l. 5. ad leg. Fab. C. nisi suam, suorumve injuriam prosequantur, id est eorum, in quos ex lege testimonium invite non dicunt, l. 1. & 2. ff. hoc titul. l. 4. 5. 9. & 14. C. qui accusare, l. eis 19. C. ad leg. Corn. de falsis, l. 4. l. 12. vers. nisi certus, C. qui accusare. Audiuntur etiam in crimine læsa Majestatis, l. in questionibus 8. ff. ad leg. Iul. Majest. ubi pro judicium, legendum esse indicium, probat Gothofredus in l. 3. Cod. Theodos. hoc tit. c. san. §. unde 15. q. 3. anno 36 fraudata, in militem 13. ff. hoc titul. l. final. §. final. ff. ad leg. Iul. de anno. suspeicti tutoris. l. 1. §. consequens. ff. de suspic. tutor hæresis, sacrilegii, & simoniae, quia haec delicta in pluribus equiparantur læsa majestati, l. 4. C. de heret. l. si quis in hoc 10. l. si quemquam 31. C. de Episc. & Cleric. Et licet ad crimen falsi hoc extendet Decianus lib. 3. tract. crimin. cap. 7. n. 18. rectius tamen contrarium probat Ant. Matthæus ad tit. de accusat. cap. 1. num. 2. Secundò propter etatem ab accusatione arcentur pupilli, adeò ut nec populari actionem intendere possint, d. l. qui accusare, l. mulieri, & pupillo, ff. de populi action. nisi suam, vel suorum injuriam prosequantur, l. 2. l. 8. l. 11. ff. hoc titul. cap. 6. Synodi C. P. ibi: Sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non neganda Fornerius lib. 4. rer. quotid. c. 5. Unde apud Apuleium in apolog. Licinius Vitrum. Apuleium capitali judicio accusavit, id est magieorum artium, & maleficiorum, propter matrem suam, quam Apuleius magis attulit ad sui maleficis pellexisse afferebat, ut exponit Gentil. ad ipsam. apolog. num. 39. Etiam possunt pupilli de testamento Patris adulterato, & devictio instrumento accusationem instituere, l. 2. l. 3. ff. hoc titul. l. 5. C. qui accusare. In læsa etiam Majestatis divine, & humanae accusatione pupilos admitti; non male docet Anton. Matthæus; siquidem alii, qui jus accusandi non habent, eo casu audiuntur, l. famo 7. l. in questionibus, ff. ad leg. Iul. Majest. Et licet his casibus, quibus permisum est pupillis accusare, consilium tamen tutoris intervenire debere innu videatur in l. b. tamen 11. ff. hoc titul. apud Paulum lib. 5. sentent. tit. 12. verius tamen est eo verbo auctoritatem simul intelligi, ex l. 4. C. de auctor. præstand. Quoad puberes, minores videlicet 25. annis, attinet, lex Julia de adulterio specialiter eis vetat illius delicti accusationem; unde à contrario deducitur, in aliis admittendos esse, l. si maritus 15. §. lex Iulia, ff. ad leg. Iul. de adulte. immo & minorem accusare posse, si 17. annos habeat, & curatorem in judicio, probatur ex l. 1. ff. de poñit. l. 4. C. de auctorit. præstand. Et licet in accusatore eisdem 20. annos, qui in teste desiderantur ad testimonium perhibendum in causa criminali, ex l. a. testimonium 20. ff. de testibus, petant Decianus lib. 3. tract. crimin. c. 12. Jul. Clarus lib. 5. sentent. §. final. quæst. 14. num. 7. Farnac. in praxi, quæst. 12. num. 15. meritò tamen contrarium tenuit Ant. Matthæus ubi supra, quia non ut ex fide testis, ita ex fide accusatoris salus rei penderet.

Ob conditionem suam accusare non possunt sveri, c. canonica, versi. Ant. libertos, cap. accusatores, Ref. §. final. cap. nullus 3. quæst. 5. l. 26. Cod. ad leg. Iul. de runtur adul. nisi in criminibus læsa Majestatis divine aut alii qui humanæ, fraudatæ annonæ, fallæ monetæ, fraudati census, in quibus servi etiam contrâ Dominos audiuntur, l. vix certis 53. ff. de judicis, l. 7. §. servis, ff. ad leg. Iul. majest. Licet etiam servo deferre imperfectorem domini sui, l. 1. Cod. de precibus Imper. & dominum accusare de suppressis tabulis, in quibus liber esse iussus erat, dict. l. vix. 53. l. 7. ff. ad leg. Corn. de fals. Sed hoc emendatum credit Anton. Matthæus dict. cap. 1. numero 4. in l. penult. Codic. qui accusare, ubi tantum in cri-

Tit. I. De accusationibus.

maiora letæ Majestatis servos audiri contra dominos, Arcadius, & Honorius tanxerunt, licet in l. unic. Cod. Theodos. ne propter crimina servi, ubi ea constitutio reperitur, defit taxativa tantum, circas filios existentes in sacris paternis; licet enim legitimam personam habeant ständi in iudicio, l. non 44. §. l. licet 56. ff. de iudicis, l. 6. & 7. Cod. eod. titul. verius tamen est, nisi consentiente patre accusare non posse, l. sed annus 17. §. filio, ff. de iuris, excepto adulterii criminis propter vindictam proprii doloris l. inter 6. §. penult. l. filium 37. ff. ad l. l. de adult. Etiam propter sacramentum in ingressu militia præstatum accusare non possunt milites, ne occasione hac discedant à castris, nisi suam, vel suorum injuriam persequantur, aut in criminibus legis Juliae Majestatis, fraudatae anno nra. l. 8. l. si tamen 11. ff. hoc titul. l. & si crimen, Cod. qui accusare, l. famos 7. §. l. ff. ad leg. Jul. Majest. Ad veteranos extra castra degentes hæc prohibito non extenditur, quia non militant, et si delatores esti prohibeantur, l. deferre 18. §. veteranis, ff. de jure fisci. Decianus lib. 3. tract. crimin. cap. 16. Etiam Magistratus illi, qui Imperium exercent, accusare non possunt, quia & ipsi ratione officii accusare nequeunt, dict. c. probibetur, dict. l. 8. ff. hoc titul. nisi Magistratus minor sit, qui Imperium non obtinet, qui & accusare, & accusati valet, l. nec Magistratus 32. ff. de iuris. Propter crimen plures accusare nequeunt, veluti Hæretici, Pagani, calum, cum sequentibus, e. l. & 2. cap. suspectos, cap. canonica; cap. nullus 4. quest. 1. incestuosi, cap. consanguineum 3. quest. 4. sortilegi, seu magi, cap. final. 2. quest. 8. cap. constitutus 3. quest. 5. aut humili graviori criminis impliciti, cap. cum dilecti, hoc titul. cap. superfluit, cap. querendum 2. quest. 7. quia iniquum est rationem vitæ ab alio repoltere, qui non possit sue reddere. Eleganter Cicerone de divinatione, ibi: Nulla salu Reipublica major est, quam eos, qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua, quam illos qui accusantur, de capite, ac fortunis pertimescere. Itaque semper iij diligentissime, laboriosissime accusarunt, qui se ipsis in discrimen eximationis venire arbitrati sunt: id est accusare nequeunt, qui in reatu sunt, donec absoluti fuerint, vel condemnati; salvâ tamen civitate, & exi-
stimatione, l. 4. ff. hoc titul. l. neganda, Cod. qui accusare, l. 5 ff. de public. judic. nam infames infamia juris omnino ad accusando arcentur l. 4. & 8. ff. hoc titul. l. criminis 15. Cod. qui accusare, l. 1. §. quorum, ff. ad Turpil. l. ob hac 20. ff. de his quin-
tani. infamia. Decianus lib. 2. tract. crimin. cap. 17. & 24. Ob paupertatem accusare nequeunt qui minus, quam 50, aureos in bonis habent, l. nonnulli 10. ff. hoc titul. quæ extat in cap. prohibetur, §. nonnulli 2. quest. 1. cap. in primis, §. sed de personis, ead. quest. Decianus dict. lib. 3. cap. 22. num. 19. Jul. Clarus dict. §. final. quest. 14. num. 20. Farinac. quest. 14. num. 48. & merito, cùm credantur premii dumtaxat causâ ad accusationem accedere, eamdemque ad divitis assequendas viam affectatores, quâ Hispo grassis est, de quo Tacitus lib. 1. anal. ibi: Formam vita iniit, quam postea celebrem miseris temporum, & audacia hominum fecerunt; nam egens, ignotus, inquietus, dum occultis libellis sauvia Principis adrepit, mox clarissimo cuique periculum facebat, potentiam apud unum, odium apud omnes adcepit, dedit exemplum, quod sequenti, ex pauperibus divites, ex contemptis metuendi, perniciem aliis, ac postremum sibi invenere, D.D. Gonzal in Decretal. Tom. V.

Denique idcirco pauper, eti probus videatur, ad accusandum non admittitur, quoniam talio est calumnia pœna, l. non prius 7. l. ultim. ff. de calumn. & eam pauperati non potest, qui bona non habet, eti infami littera deterri possit, ut ajebat Plinius in Panegyr. relatus ab Ant. Mattheo dict. cap. 1. num. 10. Indè quia quæstus gratiæ accusat, non auditur, cap. significante 5. quis matrimonia accusare. Etiam non admittitur ad accusandum, qui in duos reos eodem tempore jam inscripti, eti diverorum criminum; nam quo minus successivæ plures reos quis faciat, aut ejusdem criminis plures quis eodem tempore accuset, jus non impedit, dict. l. 8. ff. hoc titul. l. cum rationibus 16. Cod. qui accusare, l. 2. Codice, si reus. Nec contrarium probatur in l. hos accusare 12. §. lege, ff. hoc titul. nam ibi pro duobus, legendum est esse tribus, jam notavit Cuiac. lib. 6. obf. cap. 12. Item accusare non possunt inimici, ut dicimus infra in cap. meminimus. Tandem sunt alii, qui accusare possunt, sed non omnes; nam liberti, alumni, & familiares personæ non possunt accusare parentes, patronos, & suos, quia civiliter de eis tantum queri debent sui patrimonii defendendi causâ, l. 8. §. ultim. l. 11. §. 1. ff. hoc titul. l. iniquum 17. §. penult. Cod. qui accusare, l. 9. Codice ad leg. Cornel. de falsi. l. 2. & 5. Cod. ad leg. Cornel. de falsis. Indè inferior superiori, vel minor majorem accusare non potest, cap. qualis, §. final. cap. sequent. c. majorem, c. querendum, cap. in sancta 2. quest. 7. exponit Vig. hel. in method. juris can. lib. 1. cap. 6. fol. 35. etiam ob cognitionem frater adversus fratrem non auditur in criminibus gravioribus, l. si magnum 17. l. si sororem 18. Cod. qui accusare: reliquorum cognitionum nulla habetur ratio. Nec contrarium probat textus in l. tutor 9. ff. de suspecto tutor, non enim ibi prohibetur cognatos, & affines accusare, si aliquod gravius delictum admiserint; sed vetatur cum nota, & infamia eos removere, si quid levius admiserint, ita ut suspicione magis, & mores, quam crima suscipiantur. Prosequuntur alias personas, quæ & culare nequeunt, Lancellous & Conradus in præcrimin. titul. de accusat. num. 9. Jul. Clarus dict. §. final. quest. 14. per totam, ubi latè Bardiardus, Farin. & Decianus ubi supra.

His suppositis appareat ratio præsentis textus; nam cùm illegitiimi accusatores in iudicio ad accusandum non admittantur, ad eorum petitio-
nen non debet fatigari, aut molestari accusatus, ^{9.} Tradit
tur dū
immò potius accusator repellitur à iudicio, & ip-
se accusatus absolvitur à iudicij instantia; sicut e-
nim Reipublicæ interest delicta detegi, in iudi-
ciumque deduci ad publicam vindictam, ne ipsa
maneat impunita, cap. si omnia 6. quest. 1. l. illud.
ff. ad leg. Aquil. ita etiam illi expedit ne ab omni-
bus proposita accusatione fatigetur accusatus, a-
lioquin evenieret sèpè sèpè privato odio innocentis iniqua accusatione fatigari, & aliquando no-
centes pœnam evadere prævaricatione, seu tergi-
versatione adversarii, juxta texum in cap. si qui
2. quest. 4. contingetque criminis reum accusa-
re criminolus, vitam alienam arguendo, qui
propriam emendare solebat, cùm ille qui tra-
bent gestat in oculo, festucam de oculo fratre-
ruere non possit, ut Christus Dominus ajebat a-
pud S. Lucan cap. sext. relatus in cap. si crimen 6.
quest. 1. Undè in criminali iudicio prius agendum
esse de legitimatione accusatoris, doceatur in cap.
in primis 2. quest. 1. l. si queramus ff. de testim. Merito
ergo

ergo Felix II. in praesenti docet, fatigandum non esse accusatum, si legitimus non sit accusator. Et licet Felix tantum agat de Episcopo accusato, accipiens tamen est juxta generalem litteram, quae reperitur in hac sexta collectione, de quoquaque accusato, & quoquaque accusatore, in Judicio publico, five privato, quia in quoquaque judicio criminali legitimus esse debet accusator. Quo verò tempore legitimari debeat persona accusatoris, exponit Carleual. tom. 2. de judic. titul. 1. disputatione 4.

Nec obstat dubitandi ratio supradicta, pro cuius solutione discrimen constituendum est inter eum calum, in quo notorium est, seu Judici constat, vel ex libello, seu forma accusationis, accusatorem illegitimum esse; & inter eum casum, in quo illegitimitas accusatoris ante citationem judici notoria non erat, sed postea apparuit. Primo casu ad petitionem illegitimi accusatoris fatigari reus minime debet, nec in judicio cogitur compare, cap. placuit, §. liberii 4. quest. 3. cap. si Episcopus 8. 3. quest. 1. cap. bone 36. in fin. de elec. quoniam tunc Judex ex officio suo illegitimum accusatorem à judicio repellere debet, licet reus de ejus illegitimitate non excipiatur; quia etsi Judex officium suum impartiavit non debebat propter privatum commodum, cap. ad nostram, de iurejur. l. 4. §. hoc autem, de damno infect. tamen hoc in casu ex officio proprio accusatorem à Judicio repellit, quia hæc illegitimitatis exceptio non solum respicit privatum commodum, sed honorem judicii, & publicam utilitatem, argumento textus in cap. si quis, cap. querendum 2. quest. 7. cap. 1. cap. exceptionem, de except. l. ultim. ff. de petit. hared. notat Glossa verbo Repellere, in cap. nulli, hoc titul. Socinus hic, num. 15. Butrius num. 11. qui hoc casu accipiunt præsentem Felicis sententiam. Secundo verò casu, quando Judici accusatorem illegitimum esse constat, reus ab eo impetrus comparere teneret; & si non compareat, ut contumax puniri potest; & si postea appareat accusatorem illegitimum esse in prosecutione judicii, reus absolvitur, nec fatigatur. Quo casu procedit textus in dict. cap. veniens, hoc titul. in cuius specie Episcopus accusatus compareare jubetur ad purgandam contumaciam; quia licet illegitimus esset accusator, hoc tamen Pontifici non constabat ante citationem, sed postea apparuit; ideoque comparare debebat Episcopus, saltem exceptionem illegitimitatis allegaturus, ne Pontificis auctoritas illudi videretur, contra textus in l. ex quoquaque, ff. de ius votand. l. 5. ff. de judiciorum: quo modo exponit textus in cap. si duobus, cap. cum parati, de appell. Socinus in dict. cap. veniens, num. 11. Ex qua doctrina deducitur, quod si reus fuerit citatus ad petitionem illegitimi accusatoris, de cuius illegitimitate judici ante actionem non confiterat, & ipse exceptionem illegitimitatis non oppicit, judicium valet, l. qui accusare, l. hos accusare, ff. hoc titul. Docent Butrius hic num. 5. Bartol. in l. 1. §. accusatoris, ff. ad Turpil. Et similiter si cum accusationem instituit, legitimus, & idoneus erat, sed post causam inchoatam, in ipsius prosecutione illegitimus reddatur, propter supervenientem illegitimitatem à judicio repelli non debet, quia licet accusationem de novo proponere non possit, tamen prolequi eam rectè valet, l. si quis reus, ff. de publice. judic. ubi condemnatus, & etiam deportatus, prosecutur judicium inchoatum, quod propter bonum publicum, & judicariam auctoritatem procedit, l. si quis, ff. ad leg. l. de adulti-

Nec obstat augmentum ipsius dubitandi rationis, deductum ex dict. c. cum P. cui respondentum est, non posse reum ad petitionem illegitimi accusatoris fatigari, adeo ut reo accusato purgatio canonica indicanda non sit, propter infamiam insurgentem ex calumnia, & minus solemnis accusatione, ut probat textus in cap. qualiter, el. hoc titul. cap. cum insinuante, de presumpt. cap. cum in juvenute, de purgat. canonico. cap. auditum 2. quest. 6. cap. in cunctis II. qu. 3. in quibus purgare se reus non debet ab infamia criminis, quia originem habuit ab inimicis, & illegitimis accusatoribus, ut docent Hostiensis in dict. cap. veniens, numero quinto Morla in empor. tit. de jurisd. num. 12. quia quando infamia non nascitur ex probabilibus conjecturis, quoad juris effectum infamia non dicitur, sed tantum sunt vanæ populi voces, de quibus curandum non est, cap. Ofiss 2. de elec. l. Decurionum, Cod. de pœnis. Nec contrarium probat textus in d. c. cum P. cap. veniens, quia in eorum specie ad instantiam illegitimi accusatoris non injungitur purgatio propter infamiam à tali accusatione provenientem, sed propter publicam infamiam, quia reus notatus erat ante accusationem, ob quam indicata fuit purgatio, ut docet Morla ubi supra, num. 12.

Nec obstat ultimum augmentum difficultatis, pro cuius solutione sciendum est, dubium esse a. Dissolvid Interpretes, an aliquis sine accusatore dampnari possit. In qua quæstione communem opinio, ultimū non sequutus negat Corrasius lib. singul. epistolic. augmen. qq. pro qua sententia faciunt textus in l. 6. §. rescriptum diff. & §. si quis accusatorem, ff. de mun. & honor. u. scilicet docetur eum, qui non habet accusatorem, horum nonibus interim non esse prohibendum. Marcus Tul. in oratione pro Roscio Alerino, ubi ait, nocenter, nisi fuerit accusatus, damnari non posse. Et lib. 2. de officiis, omne judicium accusatione, & defensione constare scribit. Suffragantur DD. quin omni judicio has personas necessarias esse tradidissent, accusatorem, reum, & judicem, cap. forus ro. de V.S. cap. 1. 4. quest. 4. & accusatorem in primis requiri, constat ex D. Ambros. epist. ad Syagrum, ibi. Si leges publicas interrogemus, accusatorem exigunt. Ex Marci rescripto de Audito Cassio apud Vulcianum Gallianum, ibi: Addo quod non possumus reum facere, quem nullus accusat. Hinc Christus Dominus, cuius omnis actio est instrutio, Judam, etsi fuerit esse compertum haberet, non abjecit, eo quod a nullo esset accusatus, ut expendebat D. Ambrosius in cap. si quis potestatem, 23. quest. 4. & cum adulteram mulierem deprehensam nemo accusaret, dixit: Ne ego te condemnabo, apud Joannem cap. 8. Eoque pertinet quod in actis Apostolorum legitimus, Romanis morem non esse hominem ullum ad necem condemnare prius, quam reus praefentes habuisset accusatores. Contrarium tamen sententiam tenuit Diarenus lib. 1. disput. cap. 38. Sed placet in hac Doctorum varietate media sententia, quam sequitur Fornerius lib. 1. rer. quotid. cap. 24. qui ait; neminem sine accusatore esse dampnandum, vel eo qui accusatoris vice fungatur, reluti denunciatio, delatio, publica fama: quandoque enim privati, quandoque ex officio, ut statonarii, curiosi, vel similes, crimina notoria deferunt, ut post ejusmodi denunciationem Judex contra reum delatum in crimen inquirat, d. l. 6. §. nunciatores, ff. ad Turpil. l. ea quidem, C. de accusat. l. 1. C. de curiosis, lib. 12. Quo casu nuntiator loco accusatoris est, ut de publica fama probabitus infra in cap. evidenter:

Titul. I. De accusationibus.

7

evidentia: & hoc sensu legimus Claudium Gorgum lenocinii absque accusatore damnatum, l. 1. §. unde quari, ff. ad leg. lml. de adulst. & Julianum Cæsarem capitali supplicio affectis libertum, alioqui sibi gravissimum (quamvis nullo accusante) eo quod Equis Romani uxorem adulterasser, apud Suetonium in lml. cap. 48. Unde intelligitur lex 1. C. de custod. reor. in illis verbis: *Sive accusator existat, sive eum publice soliciudinis cura produxerit. Ubi per publica solicitudinis curam intelliguntur officiales, stationarii, milites, seu harenarchi, de quibus Tertul. in apologet. ait: Latoribus investigandis per universas provincias militaris statio sortitur. Duanus lib. 1. disp. cap. 38 Rewardus lib. 4. variar. cap. 11. Formeriorius ubi supra.*

^{12.} Sed supra tradita assertio primò obstat textus in cap. nullis 4. hoc titul. ubi cùm quidam familiares cuiusdam Episcopii ipsum de quodam crimen accusearent, ipse exceptionem illegitimitatis opposuit, nullis 5. assertens eos criminosos esse, malæ famæ, & vilis opinionis: cùmque quereretur, an accusatores silent audiendi, respondit Paschalis, non licere Episcopo à sua accusatione repellere, quos à sua communia familiaritate neglexit separare, antequam ipsum accusarent. Ex quo textu deducitur, criminosos ad accusandum Episcopum admitti, nec etiam oppositum criminis excepcionem eos repellere: igitur etiam illegitimus sit accusator, reus vexatur. Agnovit difficultatem Glossa in eo textu, & eam solvere intendit duplice modo. Primò assertit, criminofos accusatores in hujus textus specie admissos fuisse, quia Episcopus de exceptis criminibus publicè infamatus erat, in quibus illegitimi etiam, & minus idonei accusatores admittuntur, cap. per inas, de simonia, supra probavi. Quam Glossa sententiam plures tenuisse assertit Hostiensis ibi num. 3. Sed

quia hæc solutio verbis textus non congruit, siquidem in eo non agitur de criminibus exceptis, id est ab ea recedit Glossa, & verius docet, quod licet criminosi legitimi accusatores non sint, juxta suprà tradita; tamen cùm Episcopus accusatur à suis familiaribus, non potest eos ut criminosos repellere, cùm prius deberet eos à sua familiaritate abiecere, alias non creditur homines male famæ, & vilis opinio in sua familiaritate retinuisse, ut in eo textu dicemus.

Secundo suprà traditis obstat textus in l. 3. §. præterea, ff. de suspect. tutor. in illis verbis: *Præterea Expone videndum est, an & sine aveniato posset suspectus repelli? Et magis est, ut repelli debeat. Ex quibus præterea constat, posse quem sine accusatore damna-*

^{13.} *tur l. 3. §. reas. de suspect. tutor.*

ri: ergo multò facilius cum illegitimo accusatore. Nec dici potest, in eo textu judicem per inquisitionem processisse; quia ad utilitatem privatam officio suo judex crimen inquire non potest, ut ibi notavit Gothofredus. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, quod licet regulariter nemo damnetur sine accusatore, tamen jure singulari receptum est, quod si Prætori liqueat argumentis evidentissimi tuorem suspectum esse, & male versari in tutela, vel cura, eum removere possit, quod specialiter inductum fuit pupillorum favore, & ob publicam utilitatem, quoniam negotia pupillaria pertinent ad publicam curam, l. 10. §. ult. ff. de restam, ruel. l. 1. ff. de excus. tut. l. 2. ff. qui petant tutor. l. 2. §. tractari, ff. ad Tertyl. l. 19. C. Theod. de curat. ut expresse docetur in d. §. præterea, & noravit Cujac. ad tit. C. de suspect. tutor.

Etiam praesenti assertioni opponi potest textus in c. quam gravi, de excessibus Prelat. cuius interpretationem dedi in c. 2 de confess. Porro, de divorce & ejus interpretationem in ejus notis adduxi.

C A P U T II.

a Felix,

Hæc sunt quæ deinceps propter malorum hominum infidias, qui in Ecclesiam & in ecclesiasticos sœviant viros indifferenter, conservari firmissimè volumus in secula. Si quis Episcopus ab illis a acculturis, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis a charitatib. conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, & eam corrigerre noluerit, non olim, sed tunc ad Summos Primate causa ejus canonice deferatur, qui in congruo loco intra ipsam provinciam, tempore congruo, id est, autumnali, vel aestivo, Concilium regulariter convolare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciae Episcopis inibi audiatur. Quòd & ipse regulariter convocatus, si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non detinuerit, adeste debebit, quia ultra provinciae terminos accusandi ante licentia non est, quam audience fr. rogetur.

N O T A.

Felix.] Ita legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 8 in hac autem sexta collectione legitur *idem*, quasi idem auctor sit hujus textus, & antecedentis: sed Felicem II. auctorem esse illius textus, jam probavi; præsentem vero textum esse Felicis I. constat ex ejus epistola 2. quæ extat tom. 2. Concilior. ex qua transcripta litteram hujus textus, etiam neglecta temporum serie. Concilii utrumque capit ejusdem Felicis esse arbitratur. Burchardus lib. 1. Decreti, cap. 169. & 174. Carnotensis lib. 5. Decreti, cap. 271. & 292. ex Felice illum citant. Etiam reperitur textus hic in col-

lectione canonum Hadriani notis illustrata ab Ant. Augustino tom. 1. Concilior. Binii, & 18. Regia editionis, can. 5. Hujus thematis sententia referatur turn ab Athanasio, & Alex. Synodo, rum ab eodem Felice minore cap. 2. & 3. epist. 1. ad eundem Athanasium, quæ testis est, hoc etiam fuisse sumptum ex Nicena Synodo: sed ante eam Synodus eadem fuit sententia tam primi Felicis, quam Stephani epist. 2. & postea reperitur in addit. capit. lib. 7. cap. 143. Felix primus electus fuit ultimo die anni 172. & martyrio coronatus die 30. Maii anno 275. ut post Baronium in eo anno, & in Martyrol. die 30. referunt Binius d. tom. 1. Concil. Ciaconius tom. 1 de vit. Pontific. Carolus & sancte

A 4